



Disseminationes hoc volumine contentae.

1. Geminae quaestiones in iure publico et in re libera tractatae quas praesentavit Petro Leopoldo. S. V. D. examinandas proposuit Andr. Petrus Wolffm. Regiomont. Franc. Jenae.
2. Juris aliquot emendata, quas praesentavit Heinrico Bocero Sr. pro Doctoratibus in utroque iure in iuris publicis disputationibus subiecit Georgio Wolfgango Hilbornmanno, Neuwirg. Palatinus Tubingae.
3. Propositiones Juris publici quas publice discutendas proposuit Christophorus Treibisig S. V. D. Resp. Conrado Casp. Bovio, Wittenberg. Lipsiae.
4. Dissertatio ad tit. 5. et 6. libri 2. ff. quam praesentavit Christophoro Bezdlo Sr. discutendam proposuit Burkhardus Ehinger Tubingae.
5. Diss. de iure Naturae praesentavit Johanne Gyphandro S. V. D. defensa a Georgio von Broy, Akenburg. Tuberae Fr. Jenae.
6. Diss. de necessitate defensionis praesentavit Heinrico Bocero Sr. proposita a Daniele Rantow. Tubingae.
7. Conclusiones de Jurisdictione quas eodem praesentavit Dominico Lubertio in iure insignium sequendorum causa publicis censuris subiecit Johannes Georgius Halbitter. ibid.
8. Assertionem legales de transactione quas praesentavit Petro Theodoro S. V. D. pro gradu Doctoratus in utroque iure sequendo discutendas proposuit M. Georgius dist. Lips. Jenae.
9. Diss. de transactionibus praesentavit Johanne Harprecht Sr. pro summo in utroque iure gradu sequendo publicis examini submissa a Georgio Langen. ibid. Tubingae.



De Iuramento litis de- 17

ciforio,

DECADES DUÆ,

QUAS

*Divinâ gratiâ auxiliante,*

ACCEDENTE,

CONSENSU ET AUTHORITYTE

AMPLISSIMI JURIS-

consultorum Ordinis,

PRESIDENTE

*Viro Nobili Clarissimo & Consultissimo*

DN. ANDREA

BAYERO,

V. I. Doctore Excellentissimo,

in Inclÿta Academia Tubingensi Antecessore cele-

berrimo, & p. t. Decano Spectatissimo Dn. Præceptore &

Patrono suo d. O. æviternum co-

lendo,

*Ad diem 9. Junii in Auditorio Jctorum publici exercitii gratiâ  
pro ingenii tenuitate defendere conabitur.*

Michaël Pistor Marco-Cellensis.



TUBINGÆ,

Typis Iohan-Alexandri Cellij,

ANNO 1615.









# Disputatio

## DE JURAMENTO LITIS DECISORIO,

**M**AXIMUM Remedium expediendarum litium in usum venit, Iurisjurandi religio. (a) Adeoque homini Christiano jurare permissum est. (b) De illo igitur Remedio, litis nimirum decisorio jurejurando, sequentes Conclusiones publicè examinandas exercitii gratia proponere placuit.

a) *l. i. ff. d. Jurejurando* (b) *per d. l. i. cum similib. Deuteronom. item cap. 6. v. 13. & 10. v. 12. Exod. 22. v. 11. Levit. 19. v. 12. Matth. 5. v. 34. ad Hebra. 6. vers. 16. Roman. 1. & 2. Corinth. 1. 23. c. et si Christus 26. ext. de jurejurando can. considera. 8. & seqq. 22. quest. 1. Contra Anabaptistas.*

### CONCLUSIO I.

**E**ST autem Juramentum litis decisorium juramentum, quod litis dirimendæ causa interponitur.



## 2 Disputatio de juramento litis decisorio.

d. l. 1. l. non erit. s. l. ait prator. 7. cum duab. seqq. l. sed si  
possessori 11. §. si cum. 3. & l. jusjurandum 40. ff. hoc tit. l. post rem  
judicatam 56. ff. d. rejudica. l. 1. 3. & 6. C. d. reb. cred. & jureju-  
rando. Novell. 73. cap. 4.

### I I.

Idque dividitur in voluntarium, Judiciale & necessari-  
um. (a) Voluntarium, quod pars defert parti extra Judici-  
um. (b) Judiciale, quod pars defert parti in judicio, Judice  
Juramentum approbante. (c) Necessarium, quod à Judice  
defertur uni ex litigantibus, ob eorundem probationum ino-  
piam. (d)

a) Juxta Rubric. ff. d. jurejurando (b) l. Jusjurand.  
quod ex conventionem 17. in princ. & l. in duobus 28. §. ult. d. tit.  
(c) l. 3. in pr. l. jusjurandum & ad pecunias 34. §. ait Prator ff.  
h. t. l. generaliter 12. §. sed Juramento. 1. C. eod. Dissent. Donell.  
in Comment. ad tit. de jurejurando cap. 6. num. 1. & 2. Balduin.  
in Justin. pag. 130. Cujac. in Paratit. ff. hoc tit. & Comment. in  
lib. 18. Paul. ad edict. pag. 237. (d) l. admonendi 31. ff. h. t. d.  
l. 3. & d. l. generaliter in princ. & §. sed Juramento. C. hoc tit.  
Dissent. Cujac. in Paratit. h. & 4. Feud. 36. Dn. Vultejus dis-  
sept. Scholast. 7.

### I I I.

Ut ergò Lis Jurejurando decidatur, ante omnia delatio  
Jurisjurandi requiritur. (a) Et quidem Juramentum Neces-  
sarium Litigantibus, (b) interdum Actori nonnunquam Reo  
Judex (c) defert. Nec tantum ante, sed etiam post causæ con-  
clusionem: & sive ab adversa parte hoc petitum fuerit, sive  
non (d). Voluntarium verò & Judiciale defert pars parti, tam  
Reus Actori, (e) quàm Actor Reo. (f)

a) d. l. ait prator. 3. in princ. h. t. adeò ut in dubio illa non  
presumatur, sed probanda sit, per l. si emancipati 9. ubi Jason  
C. d. Collatio. Idem Jason in d. l. 3. n. 3. (b) per allegat. ad lit. d.  
in Thesi prox. preced. (c) pro suo arbitrio cap. ult. §. ult. extr.  
h. tit.



*Disputatio de Juramento litis decisorio. 3*

hoc tit. & d. l. admonendi 31. ff. eod. Fachin. 1. Controvers. 18.  
(d) per d. c. fin. §. ult. ext. h. tit. can. judicantem. 11. 30. quest. 5.  
c. cum causam 37. extr. de Testibus & l. Judices. 9. C. d. Judic.  
Gail. 1. observat. 108. Fachin. 1. controvers. 16. & 17. (e) l. qui-  
dam 22. d. l. in duobus 28. §. fin. l. quod si juravi 29. l. eum qui  
juravit 30. in princ. & §. si juravero. l. quoties 14. ff. h. tit. & l.  
Actori 8. C. eod. (f) d. l. ait prator. 3. d. l. jusjurandum & ad pe-  
cunias 34. §. ait prator. cum multis simil. h. tit.

I V.

Non tamen deferre possunt Juramentum Infantes, (a) pupilli, (b) Minores, (c) Prodigii, (d) Furiosi, (e) & mente capti sive dementes, (f) nisi cum Tutoribus & Curatoribus, quos habent, (g) nec Servi & Fliifam, sine speciali mandato in re Domini vel Patris, vel etiam peculiari, in qua liberam administrationem non habent, (h) ut nec Syndici & Procuratores, qui non in rem suam constituti sunt, & neque speciale ad hoc mandatum, neque liberam universorum bonorum administrationem habent. (i)

a) per l. quod Infans 60. ff. de Rei Vendicat. l. 3. §. si pupillus ff. d. Tutel. & §. sed quod 10. Institut. d. inutil. stipulat. (b) per l. Servum pupilli 6. ff. Rem pupill. sal. for. d. l. jusjurandum quod ex conventionem 17. §. 1. ff. h. tit. & l. 4. C. eod. (c) l. 3. C. d. in integ. restit. mino. & l. Tutor pupilli 35. §. 1. ff. h. tit. Donnell. in Comment. ad h. tit. cap. 4. (d) d. l. 3. C. d. integ. restit. min. & d. l. tutor pupilli 35. §. 1. ff. h. tit. (e) d. l. tutor pupilli §. 1. l. in negotiis 5. ff. d. R. J. §. furiosi. 3. Institut. d. curator. & §. furiosus 8. Institut. d. inutili. stipulat. (f) d. l. tutor pupilli §. 1. & §. sed & mente 4. Institut. d. curat. (g) d. l. jusjurandum 17. §. 1. ff. hoc tit. l. 1. §. 1. ff. Quarum rer. Actio. non dat. & d. l. 3. C. d. in integ. restit. minor. Tutores verò & Curatores, si probationes alie deficiant, Juramentum deferentes audiendi sunt. d. l. Jusjurandum 17. §. si tutor & d. l. tutor 35. in princ. ff. hoc titul. Rosbach. in process. Iudicia. tit. 66. num. 12. (h) l. servus 20. cum duab.



#### 4 Disputatio de Juramento litis decisorio.

duab. ll. seqq. ff. h. tit. & l. nec filius 7. C. eod. (i) d. l. 17. §. ult. cum l. seq. facit etiam l. mandato 60. ff. d. procurat. l. diligenter 5. ff. Mandati & l. si itaque 19. ff. hoc tit. Mynsinger. centur. 4. observat. 99.

#### V.

Is autem, cui defertur Juramentum litis decisorium, ut cujus sexus, ita etiam cujus ætatis vel Conditionis sit, nihil refert, (a) modò scientiam habeat rei, de qua agitur, (b) nec sit Clericus. (c) Unde & pupillo, (d) & servo, (e) & filiofam. (f) deferri potest. Absenti quoque non præsentit tantum ejusmodi Juramentum defertur. (g)

a) l. qui jurasse 26. ff. hoc tit. (b) per l. Marcellus 11. §. jurare aut. ff. Rer. amot. l. videamus 4. §. 1. ff. d. in litem jurando & l. 5. §. sicubi C. d. his qui ad Eccles. Et inde nec procuratori. d. l. jusjurand. & ad pecu. 34. §. procurator ff. hoc tit. nec heredi. dict. l. Marcellus 11. §. jurare & l. qui in alterius 42. ff. de Reg. Jur. nec Tutori & Curatori. d. l. videamus 4. ff. d. in litem jurando, semper rectè defertur. Bronchorst. 1. assertion. 70. (c) l. cum Clericis 25. Cod. de Episcop. & Cleric. Cujac. ad Novell. 49. circa fin. (d) d. l. qui jurasse 26. hoc tit. (e) l. Servus 20. l. si servus 23. & l. sed & si servus 25. ff. hoc tit. (f) l. multò magis 24. hoc tit. (g) d. l. generaliter 12. §. his de præsentibus 4. Codic. de reb. credit. & jurejur. junctà l. ad personas 15. ff. hoc tit.

#### V I.

Et quidem in omnibus causis secularibus ac civilibus, (a) etiam popularibus, (b) atque famosis, (c) & quæ inficiando crescunt: (d) in criminalibus verò non nisi Reo, (e) & Matrimonialibus non nisi pro Matrimonio, (f) defertur.

a) l. ait prætor 7. hoc tit. (b) l. eum qui juravit 30. §. in popularibus 3. ff. hoc tit. adeò ut in illis juramentum præstitum

non



## Disputatio de Juramento litis decisorio. §

non tantum adversus deferentem, sed etiam adversus alios, nisi per collusionem exactum fuerit, profit. d. §. in popularibus (c) l. nam posteaquam 9. §. si damnetur ff. hoc titul. (d) d. l. eum qui juravit. in princ. (e) per l. fin. C. de probatio. (f) Ioachim. à Beust ad l. 3. ff. hoc titul. folio mihi 147. cum seqq. Gayl. 2. observat. 94.

### V I I.

Cumque Necessarium Juramentum non nisi in causis ob probationum inopiam dubiis deferri queat, (a) sciendum est, nec quando Actor semiplenè, puta per unum testem, vel privatam scripturam suam intentionem probavit, (b) nec cum par est utriusque Litigantis probatio, (c) dubiam dici causam, sed Judicis disquisitione & arbitrio contineri, quando ob probationum inopiam causa litigantium dubia sit. (d)

a) per allega. ad lit. d. in thes. 2. (b) per l. jurisjurandi 9. §. 1. C. de test. l. maritus 20. ff. d. question. & c. ult. in fin. extr. hoc titul. (c) per c. ex literis 3. ext. d. probatio. l. favorabiliores 125. d. Reg. Iur. l. inter pares 38. ff. d. rejudic. l. 2. C. d. Condict. ob turp. caus. & l. ult. ff. d. Condict. sine causa. Mynsing. respon. 60. num. 11. Decad. 6. Fachin. 1. Contr. 28. (d) Cujac. ad Novell. 73. & 4. d. feud. 35. per l. in bona fidei 3. C. hoc titul. & cap. ult. §. fin. ext. eod. Dissent. alleg. Dn. Bocer. Disputat. 18. thes. 72. & seqq.

### I I X.

Cæterum qui detulit Jusjurandum Judiciale, (a) Voluntarium, (b) vel Necessarium, (c) si justa ex causa, (d) revocare illud nondum præstitum voluerit, licitè hoc facit, ita tamen ut hujusmodi licentia usque ad Litis tantummodò terminum, sive sententiam definitivam, ei præstetur, (e) post non item, nisi sententia pto vocatione fuerit suspensa, (f) nec Juramentum semel revocatum postea rursus deferri queat. (g)

a) l. §



## 6 Disputatio de Juramento litis decisorio.

a) l. si quis Iusjurandum 11. Cod. de reb. cred. & jurejur.  
(b) sive susceptum fuerit ab adversario sive non, ob identitatem rationis, ne sc. perjurio via aperiatur. Contra l. 1. C. si advers. vendit. c. perlatum 1. ext. de his qua vi metusve, & c. c. si vero 8. & c. verum 15. ext. h. tit. Br. Riminald. & alii in l. non erit ratum 5. §. fin. h. tit. (c) certum namque est, quamcunque Iudicis interlocutionem à Iudice revocari posse. l. quod jussit 14. ff. d. re judic. Corneus consil. 274. col. fin. lib. 3. & consil. 117. col. 2. lib. 4. Gravet. consil. 23. nu. 8. & consil. 135. n. 26. & homicida est Iudex, qui verisimiliter pejeraturum, adjurandum admittit. Felin. in c. Apostolica 9. nu. 2. ext. d. Exceptio. ex can. ille 5. & can. qui exigit 6. 22. quest. 5. (d) quia à Iuramento omnis temeritas & petulantia procul arceri debet. Causa autem justa est, si defrens dicat, se invenisse Instrumenta, vel habere testes, quibus intentionem suam probare possit. dict. leg. si quis iusjurandum 11.  
(e) Definitivè hoc in casu Iudex sententiam dicit, quando approbat juramentum à parte parti in Iudicio delatum, quod fit & quando inter loquitur, ut is cui delatum est juramentum, juret, posteaq; ex Iurejurando praestito vel recusato sententiam fert absolutoriam vel condemnatoriam l. iusjurandum & ad pecu. 34. §. fin. h. tit. & quando ei cui iusjurandum delatum est, per sententiam imponit, ut juret aut solvat. l. cum Iudex 11. C. d. sent. & interloc. (f) propterea quod definitiva litibus finem imponit, & Iudex postea Iudex in illa causa esse desinit l. Iudex 55. ff. de re judic. nec finis unius negotii alterius exordium esse debet. d. l. si quis iusjurandum 11. in fin. (g) quando quidem satis absurdum est, redire aliquem ad hoc, cui renunciandum putavit, & cum desperavit aliam probationem, tunc denuò ad religionem convolare. d. l. si quis Iusjurandum facit l. quaritur 14. §. si venditor 9. ff. d. adilic. edict. l. si maritus 15. §. si negaverint 5. ff. ad L. Iuli. d. adult. l. non videtur 11. ff. si quid in fraud. Patro. l. postquam liti 4. C. de pact. & l. fin. C. d. remiss. pignoris.



*Disputatio de Juramento litis decisorio.* 7

I X.

Et sicuti revocato mandato, illud evanescit, & perinde habetur, ac si nunquam interpositum fuisset: (a) sic quoque jurejurando revocato, delatio ejusdem evanescit, & perinde habetur, ac si nunquam facta fuisset, adeoque si is cui delatum est jusjurandum, post revocationem jurisjurandi juraverit, perinde habetur hoc jusjurandum, ac si eo non delato juratum esset. (b)

a) §. rectè quoque 9. *Inst. d. Mandat.* (b) *Juramentum autem non aliter litem finit, quam si delatum fuerit. per allegat. ad lit. a. thes. 3.*

X.

Quod si verò delatum Juramentum non revocetur, quamvis voluntarium impunè recusetur, (a) nec referri possit, (b) Judiciale tamen vicissim referre licet, (c) recusare, sine justa causa, (d) non item, (e) Necessarium autem nec referri, nec sine justa causa recusari potest. (f)

a) *Quia sic dicitur, quod ex libera utriusque partis voluntate proficiscatur. per alleg. ad lit. b. thes. 2.* (b) *d. l. jusjurandum quod ex convent. 17. ff. h. tit.* (c) *d. l. jusjurand. & ad pecunias 34. §. datur autem. ac modestius facit, qui juramentum refert, quam ipse qui jurat. l. illud aut illud. 25. ff. d. constit. pecu. Etiam si deferens veritatem ignoret. Natta cons. 35. lib. 1. & Purpurat. in l. manifesta 38. ff. h. tit. contra Gravet. cons. 203. Menoch. 2. d. arbitra. 2. cas. 189. n. 8. & Fachin. 1. controvers. 21. in pr. modo non referatur in causa rerum amotarum. d. l. Marcellus 11. cum duab. seqq. aut famosa. dd. locis & c. fin. ext. h. tit. nec conceptio jurisjurandi delati displiceat. l. non erit 5. §. sed si quis 3. & d. l. Jusjurand. & ad pec. §. si de qualitate 5. & §. non semper 8. h. tit. Menoch. 2. d. arbitr. 2. cas. 189.* (d) *Justa autem causa est, si deferat, qui deferre non potest, vel deferatur, cui deferri nequit, per alleg. sup. ad thes. 4. 5. & 8. lit. g. aut causa in qua deferre non licet, secundum alleg. ad thes. 6. & 7. vel conceptio jurisjurandi delati displiceat, per modo alleg. ad lit. c. in fin. vel juramentum delatum certam litis definitionem adferre non possit. d. l. Jusjurand. & ad pecu. §. 1. vel is cui deferatur, aliis probationibus conscientiam exonerare velit per c. sicut. 2. ext. de probation. Rosbach. d. tit. 66. n. 10. cont. Donell. & alios quos allegat*



## 8 Disputatio de juramento litis decisorio.

Ummius 14. thes. 8. n. 43. vel si deferens postulante adversario nolis jurare de Calumnia. per alleg. ad lit. a. thes. 11. Non item si deferens nihil probaverit per l. tutor 35. & l. manifesta. 38. h. tit. d. l. generaliter 12. C. eod. l. ult. C. d. fideicommiss. & l. ult. § licentia 10. C. d. Jure deliber. Fachin. 1. contr. 19. Bronch. 1. assert. 70. etiam si conatus fuerit, suam intentionem aliter probare. per d. l. manifesta & l. delata 9. C. h. tit. Fachin. 1. contro. 20. Setser. 4. de Juram. 2. n. 48. & seqq. Ummius Disput. 14. thes. 8. n. 41. ubi etiam dissentientes allegat. Nec si juramentum delatum referrinequeat. arg. d. l. 34. §. non semper h. tit. d. l. Marcellus 11. §. ff. Rerum amot. & c. ult. ext. h. tit. Fach. 1. contro. 21. Et multò minus ubi periculum est, ne perjurium detegatur. per l. 5. §. dato ff. h. tit. Fachin. 1. contro. 22. (e) d. l. jusjurand. & ad pecun. §. air prator 6. & d. l. manifesta. facit etiam d. l. fin. C. d. fideicom. (f) d. l. generaliter C. h. tit. & c. fin. in pr. verb. quamvis. ext. eod. Gülhaus. in arbo. judic. c. 6. part. 6. §. 5. n. 7. & seqq. Uran. ad d. c. fin. n. 3. & seqq. Sin recusetur, & quidem à Reo, Judex potest illum vel condemnare vel absolvere, Actor enim si recuset, Reus absolvendus est. per d. l. videamus. 4. §. sed an Judex. 2. & l. in actionibus 5. ff. d. in litem juran. Uran. d. loco. n. 6. post Paul. d. Castr. ad l. admonendi 31. col. 6. ff. h. tit. Præter causas autem ex modò enumeratis ad lit. d. huc pertinentes, Necessarium juramentum etiam recusari potest propterea, quod Actor vel plenè, vel prorsus non probaverit suam intentionem. Uran. ad d. c. fin. n. 13. & seqq.

### X I.

Potest quoque cui defertur Juramentum Judiciale, ut deferens prior de Calumnia juret, quod nimirum non dolo, sed necessario, & inevitabili de causa ad deferendum Jusjurandum procedat, exigere, (a) ita ut deferens ille non tantum Juramentum sibi relatum nolens volens suscipere, (b) sed etiam juramentum hoc Calumniæ, nisi sit ex numero eorum, quibus in jure nostro Calumniæ juramentum remittitur, (c) præstare cogatur, (d) secus est in referente. (e)

a) d. l. jusjurand. & ad pecun. 34. §. qui jusjurandum 4. & l. si non fuerit 37. ff. hoc tit. d. l. delata 9. Cod. eod. & Novell. Leon. 99.

(b) cum



## Disputatio de Juramento litis decisorio. 9

(b) cum non debeat displicere conditio Jurisjurandi ei qui detulit, ut loquitur Jctus in d. l. iusjurand. & ad pecun. §. datur autem. h. tit. (c) ut sunt Parentes & Patroni. d. l. iusjur. & ad pecunias §. qui iusjurandum 4. facit l. si Patronus 16. ff. h. tit. l. licet famosæ 7. ff. d. obseq. parent. & patr. præst. l. qui bona fide. 13. §. pen. ff. d. dam. infect. & l. de die ponenda 8. §. jubetur. ff. qui satisf. cog. (d) Gülhaus. d. part. 6. nu. 5. 12. & seq. per alleg. ad lit. a. (e) quia non est ferendus Actor, si conditionis nomine quam ipse detulit, de calumnia velit sibi jurari. d. l. iusjurand. 34. §. datur autem 7. h. tit.

### X I I.

Et sanè uti suscipiendum in continenti, (a) ita etiam susceptum præstandum est quodlibet Juramentum eo quo delatum vel relatam fuit modo: aliter namque præstitum ratum non habebitur, (b) nisi fortassis diversitas rerum aut personarum aliud sua-deat. (c)

a) per l. non erit ratum 5. in fin. ubi Bart. h. tit. Umm. d. process. Disput. 19. thes. 10. n. 44. (b) l. ait prætor 3. §. ult. l. 4. cum seq. in pr. & l. qui per salutem 33. ff. hoc tit. Rosbach. in process. judic. d. tit. 66. n. 19. (c) per sup. alleg. ad thes. 10. lit. c. in fin.

### X I I I.

Remittitur tamen interdum Juramentum ab eo, qui deferente se, cum paratus esset adversarius jurare, gratiam huic facit, contentus voluntate suscepti Jurisjurandi: idque jure fit, (a) etiam absenti & ignoranti, (b) modò ejusmodi gratiam pupillus non faciat. (c) Et effectum eundem operatur talis remissio, quam ipsa præstatio Jurisjurandi.

a) d. l. non erit ratum 5. §. fin. cum l. seq. d. l. nam posteaquam 9. §. jurejurando dato. l. iusjurandi 32. d. l. iusjurand & ad pecunias 34. in fin. d. l. si non fuerit 37. & l. Labeo 41. hoc tit. l. 1. & d. l. Actori 8. C. eod. (b) d. l. Labeo h. tit. (c) d. l. iusjurandi 32. h. tit. (d) d. l. nam posteaquam §. jurejurando dato d. l. 1. & d. l. Actori. C. eod.

### X I V.

Præstandum etiam est Juramentum, à parte parti delatum vel relatam, ab eo ipso cui delatum vel relatam fuit, non ejus here-

B. , de: (a)



10 *Disputatio de Juramento litis decisorio.*

de: (a) licet aliud dicendum sit, si à lege, statuto, vel Judice deferatur juramentum, (b) & pro præstito habeatur juramentum, si is, cui delatum est, antequam juraverit, de vita decedat jurare paratus. (c)

a) *Quia deferendo vel referendo probat quis fidem & integritatem ejus cui defert vel refert, non ejusdem heredis, & sibi debet imputare, cui delatum vel relatatum est, quod non juraverit. Dd. ad l. nam posteaquam §. 1. ubi etiam Jason. n. 3. h. tit. per text. in d. l. generaliter 12. pr. Codic. eod. (b) quoniam lex, cujus minister est Judex, semper loquitur. l. Arriani. s. C. de heret. & aequè nunc respicit personam heredis, ac olim defuncti respiciebat, Bl. in l. in bona fidei. 3. & d. l. generaliter. C. h. tit. Plot. in l. si quando. 9. Cod. unde vi. §. 34. Menoch. 1. d. Arbitr. jud. quest. 68. q. num. 30. Roman. cons. 290. num. 5. (c) quod accidit, quando pars una à delatione jurisjurandi appellavit. Mynsing. 2. obs. 13. vel deferens jusjurandum longiorem moram trahit in præstando Juramento calumnia, juxta thes. 11. Mors enim vim Juramenti habet. Paul. d. Castr. consil. 302. Ad benè examinandum. n. 3. lib. 1. Cravett. cons. 158. n. 7. part. 1.*

X V.

Effectum verò Jurisjurandi præstiti quod attinet, finem illud litibus imponit, ita ut Jurejurando dato sive præstito, non aliud quærat, quàm juratum ne sit, remissa quæstione, an debeat, quasi satis id Jurejurando probatum sit.

*Per text. in d. l. non erit s. §. dato. l. sed et si possessori 11. §. si cum de hereditate, cum simil. S. ad definit. in thes. 1. allegat.*

X V I.

Ideoque Juramentum in Judicio delatum vel relatatum, si præstitum fuerit ab Actore, Reus condemnatur, at præstitum à Reo, parit eidem absolutionem, (a) & Judicis sententia Jusjurandum Judiciale secuta cum est, ei qui detulit vel retulit, (b) provocationis auxilium denegatur; (c) Quamvis is cui delatum est, si illud subire noluerit, Judex verò id omninò præstandum existimaverit, provocandi Jus habeat. (d) Quemadmodum & cum delatum est juramentum necessarium, non tantum ab ea delatione, (e) etiamsi pars, cui delatum est, post decem demum dies parata sit



*Disputatio de Juramento litis decisorio.* 11

fit jurare, (f) sed etiam à sententia subsequuta utrique parti appellare licet. (g)

a) d. l. nam posteaquam. 9. §. si damnatur. 2. d. l. jusjurandum 34. §. ult. h. tit. Donell. in Comment. ad h. tit. cap. 10. num. 5. ita ut necessarium iuramentum ejusmodi prestitum, sententiam vel absolutoriam, vel condemnatoriam quoque iure Civili sequi debere verius sit. per l. de quare 74. ff. d. Iudic. l. 1. & 3. C. de execut. rei judic. l. 9. C. d. O. & A. d. l. 34. §. ult. h. tit. Donell. d. c. 10. nu. 5. Dissent. Wesenb. in Parat. h. n. 9. vers. quoad effectum. (b) Fachin. 1. contrav. 23. contra Uran. ad c. fin. nu. 26. & seq. ext. h. tit. (c) l. pen. §. 1. & §. si ve autem 3. ubi ratio hujus, C. h. tit. Gülhans. d. p. 6. §. 5. nu. 14. (d) d. l. pen. §. si autem is. 2. (e) d. §. si autem is. 2. Donell. ad d. tit. cap. 12. & seq. (f) Myns. 1. obs. 39. contra Jus nost. Municipal. 1. tit. 70. §. deß gleichen. (g) argumento à contra: sensu in d. l. pen. §. sed iuramento, & à generalitate textus, in l. 1. ff. d. Appell. l. sciendum 6. ff. d. appell. non recipi. l. cum prolatis 32. ff. d. re judic. Myns. 2. obs. 14. Fachin. 1. contrav. 23.

X V I I.

Juramentum autem extra judiciale, sive Voluntarium, cum ex numero videatur esse novandi, delegandivè, (a) item pro pacto convento, Solutione, acceptilatione, & Judicio cedat, (b) transactionis etiam speciem contineat, & majorem quam res judicata habeat auctoritatem: (c) certè & perimit, (d) & parit, (e) Actionem, tum etiam exceptionem. (f) Eoque longi temporis præscriptio interrumpitur. (g)

a) l. qui jurasse 26. §. ultim. ff. h. tit. (b) l. jusjurandum 27. eum seq. l. tutor 35. §. 1. l. iusjurandum 40. & l. ultim. ff. hoc titul. (c) l. 2. ff. hoc titul. & l. quod si 21. ff. d. dolo mal. (d) si nimirum deferente creditore debitor juraverit, se non debere, modò non ambigatur de hoc iuramento. l. att. prætor 7. l. nam posteaquam 9. in princ. l. eum qui 30. §. in popularibus. 3. l. si non fuerit 37. ff. h. tit. (e) si creditor deferente debitore, juraverit sibi dari oportere d. l. nam post 9. §. 1. pen. & ult. l. sed et si 11. §. 1. & 2. & §. ult. l. si duo. 12. §. 1. & §. si quis. 3. §. Marcellus. 5. l. quidam 22. l. et si 25. l. in duobus 28. §. pen. & ult. cum seq. l. eum qui 30. in pr. hoc tit. l. Actori 8. Cod. eod. & §. item si



quis postulante v. Instit. d. Action. Estq; hac Actio eadem, quam Actor etiam sine jurejurando sibi competere intendit. d. l. si duo 13. §. si quis juraverit 3. & §. Marcellus. s. d. l. 9. §. si damnetur. 2. cum seq. §. pen. & ult. h. tit. l. sed etsi 7. §. si petenti 7. ff. d. public. in rem actio. Dissent Vult. discept. Schola. 7. (f) si debitor deferente creditore juret, se dare nihil oportere. l. 3. §. 1. d. l. 9. in princ. & §. si minor 4. cum seq. & §. pen. d. l. sed etsi 11. in princ. & §. ult. d. l. si duo 13. §. 2. d. l. iusjurandum 17. §. 1. l. si servus 23. l. sed etsi 25. cum seq. §. 1. l. in duobus 28 §. exceptio 4. §. Colonus 6. & §. seq. l. si Actor 36. l. si quis. 39. & d. l. iusjurandum 40. cum l. ult. h. tit. §. aequè si debitor 4. Instit. d. Exception. modo ambigatur, an juratum sit. d. l. nam poste aquam 9. in princ. Et quidem opponi potest exceptio jurisjurandi, non tantum si ea quis utatur, cujus nomine exegit iusjurandum, sed etiam si alia Actione postea utatur, eadem tamen questio in illam deducatur. d. l. in duob. 28. §. exceptio 4. h. tit. ubi exemplis hoc declaratur. (g) l. si duo 13. §. Julianus 1. hoc tit. Donell. d. cap. 9. num. 10.

## X I I X.

Et licet sententia post Juramentum Necessarium lata, reper-  
tis postea novis Instrumentis, si illis solis pars uti velit, (a) & in  
integrum restitutio præcedat, (b) rescindatur, Reus quoque  
post obtentam purgationem denuò accusari possit: (c) Jus-  
jurandum tamen à parte parti delatum perjurii prætextu, de novo  
licet Instrumenta fuerint reperta, retractari nequit. (d)

a) d. l. admonendi 31. hoc titul. Cujac. 18. observat. 35. Donell.  
in Commentar. ad h. tit. cap. 11. num. 12. & seqq. (b) per d. l. 31.  
ubi Jason num. 6. l. 2. Codic. si ex fals. Instrument. l. divus 33. & l.  
Imp. 35. ff. de re judic. Cujac. d. observat. 35. Dissent. Fachin. 11. con-  
trovers. 27. (c) Mynsinger. 2. observat. 12. Donell. dict. loco cap. 2.  
in princip. per text. in auth. novo jure. Codic. de pæn. Iud. q. male ju-  
dic. & c. & in d. l. 31. Dissent. Lanfranc. ad d. l. 31. num. 31. & ibid.  
Beust. num. 147. (d) l. 1. Codic. hoc titul. & d. l. 31. facit etiam l. ge-  
neraliter 12. §. 1. & 3. Codic. hoc titul. Cujac. dict. loco. Donell. cap. 9.

num. 7.



*Disputatio de Juramento litis decisorio.* 13

num. 7. Nisi posterius Juramentum in eadem causa, & inter easdem personas interpositum fuerit. l. in duobus 28. §. ultim. hoc titul. vel lex specialiter hoc permittat, ut si quis juraverit, Legatum vel fideicommissum sibi relictum esse, & postea ex testamento appareat, nihil eidem esse relictum. l. ultim. Codic. hoc titul. Cujac. diet. loco. Fachin. 1. controvers. 23. in fin. Vel in ipsa jurisjurandi delatione ita convenit inter partes, ut si jurantem pejerasse pateret, retractandi jurisjurandi potestas esset. D. Bocer. 6. Disput. 18. thes. 70. post Donell. cap. 9. num. 1. Dissent. Fab. 19. Error. prag. 5.

X I X.

Num pejerans per Deum etiam Jure Civili puniatur, controversum est: at nos affirmativam SS. literis, honestati, & legibus consentaneam existimamus.

Cum Bronchorst. 1. assert. 71. Busio ad l. si duo 13. §. fin. hoc tit. Umm. in process. judic. Disput. 14. thes. 6. n. 34. Aruma. Disputat. 11. thes. 7. contr. Cujac. 2. observat. 19. Fachin. 1. controvers. 14. Donell. cap. 9. numer. 8. hoc titul. si enim coherceri ejus perjurium admittamus, qui humanam majestatem ledit, impii sanè erimus, nisi potius illud, cum divina leditur Majestas, permittamus.

X X.

Sciendum denique, Juramentum præstitum non juranti tantum, sed etiam aliis prodesse. Nam posteaquam juratum est, non solum in Reum, qui juravit, verum etiam in eos, qui in illius locum successerunt, Actio denegatur. (a) Quin imò quod Reus præstitit Juramentum fidejussori quoque prodest, & è contra. (b) Pignus quoque ut liberetur, Juramentum à Reo sive debitore exactum efficit. (c) Quodque unus ex reis promittendi juravit, prodest etiam alteri. (d) Pater item si juraverit, filium dare non oportere, ex sententia Cassii & Pauli Patri & filio Jusjurandum prodest. (e)

a) l. ait



14 *Disputatio de Furamento litis decisorio.*

a) *l. ait praetor 7. §. fin. cum seq. hoc tit. (b) quia Iusjurandum in locum solutionis succedit, modo de contractu & re ipsa, non de persona jurantis agatur. l. in duobus 28. §. 1. & l. fin. h. tit. l. 1. §. fidejussor ff. Quar. rer. actio non dat. (c) l. iusjurandum à debitore. 40. ff. h. tit. quia pignus est accessio ad principalem obligationem, sicuti fidejussio. l. in omnibus 43. ff. d. solution. (d) d. l. in duobus 28. §. 1. & §. ex duobus 3. ff. h. tit. (e) l. qui jurasse 26. §. 1. ff. h. tit.*



**CORONIDIS LOCO.**

I.

**C**REDITOR invitus particularem solutionem regulariter admittere non cogitur.

II.

Quod in diem certum debetur, creditori invito ante diem rectè solvitur.

III.

Alterius generis nummi, quam cujus crediti sunt, invito creditori solui possunt.

IV.

Mutato valore Monetæ, in solutione facienda tempus Contractus spectandum, putamus.

V.

Judex secundum Acta & probata, non tamen contra conscientiam Judicabit.

**F I N I S**



venio metallico in fundo feudali repte, nūm ptineant  
ad alium feudi directum, an v. ad vasallum. disp. 2. 13.  
Ha rīm nomine an fūco commodum fūis Regalis p. 12.  
th. 14.

Ufus fructuarij an iij fūm ex rane o cetero possis. disp.  
3. coroll. 4.

---

01 A 6525

ULB Halle

3


002 935 813



12

1007









B.I.G.

Farbkarte #13

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

entolitis de- 17  
orio,  
ES DU Æ,  
A S  
ià auxiliante,  
DENTE,  
AUTHORITATE  
IMI JURIS-  
um Ordinis,  
DENTE  
Bimo & Consultissimo  
NDREA  
ERO,  
Excellenttissimo,  
oingensi Antecessore cele-  
etatisimo Dn. Præceptore &  
O. æviternum co-  
do,  
Jctorum publici exercitii gratia  
e defendere conabitur.  
Marco-Cellensis.  
NG Æ,  
lexandri Cellij,  
1615.

Inches  
Centimetres